



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Novissima Polyantha, In Libros XX. Dispartita

Dominicus

Francofurti, 1613

Hæres

[urn:nbn:de:hbz:466:1-97211](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-97211)



POLYANTHE NOVÆ LIBER VIII.

H Habitatio.

¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG.



HABITATIO, Ius est alienas inhabitandi ad res salua eorum substantia. *Fer. infl. de usu & habit.* Est domus etiam, & locus, quem habitamus.

¶ LOCI BIBLICI.

Habitaculum Dei terra Chanan. *Exod. 15. 13.* Habitaculum Dei facti Christiani per Spiritum sanctum. *Ephes. 1. 22.* habitant condicuntur hieles. *Deut. 33. 9. 28.*

¶ SENTENTIAE PHILOSOPHICAE.

De habitatione angusta. D. I. A. L. XLIII.

Francisci Ferraracha.

DEL.

Anguste habito. R. Angusta domus ad multa est habilis, inter alia contra fures utilis, de quibus paulo ante querebamus, qui in ca latebras non habent, sicut ex diverso de magna domo recte dicitur, quod dominum fallit, & prodest furibus, a etiam sane vel amplam domum pro numero habitantium accipio, tu nunc, vt tibi videris, anguste habitas. At quanto habitat angustius anima tua, quantoq; fedus inter sanem, & cruorem, nec migrare illam inde, si fieri possit, vnquam velis. D. Arcta domus est mihi. R. Domus luce celestem animum non angustat, saepe parua domus magnæ gloriæ capax fuit, quum magna interim multa infamiæ plena esset, non format domus animum, sed ab illo formam accipit, vt lata igitur atque honesta pauperum tuguria esse possunt: sic in fames æstque regum arces diuitem palatia. Nulla tam parua domus est, quam non amplius magnanimus habitator, magnoq; hospitii præfer idoneam. D. Parua domus mea est. R. Parua Euandri regia magnam cepit Aleidem: modicis ædibus futurus mundi dominus natus est Cæsar, pastoralis casa Æmulus ac Remus, tam magnæ vrbis auctores educati. Non amplius atriis habitauit Cato, volubili dolo Diogenes, angusto tugurio Hylarion, imis terræ specubus sancti vini. In exiguis hortulis magni philosophi, sub dio, modicis subtertoris summi dices, in stupendis palatijs Caius & Nero. Tu cum quibus habitare velis elige. D. Angusta est mihi domus, & humilis, & inculta. R. Muri fures ventosque submoueant, vitrisque peiora vulgite dia tecta frigus æstus, soles, imbres arceant turres arce volucibus, domas ampla superbie, ornata luxuriæ, referta cupidinum, nullum virtus speem: habitaculum, nisi vitis occupatum. D. Per anguste habito. Vis ne tibi domus omnis amplissima videatur, sepulchrum cogita.

Habitatio simul in omnibus his locis est secundum sensum, quorum secundum sensum est vna loci in calido, & frigido, humido, & sicco, proprietates ex eadem latitudine loci sensibiles, & quibus sensibilibus & secundum tempus, vnus ortus & occasus. *Alb. Mag. de natur. loc. dist. c. 10.*

Habitatio custodibus ciuitatis communis esse debet, & in qua omnibus semper aditus pateat. *Plat. de Rep. dial. 3.*

Habitus.

¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG.

HABITUS est quedam animi qualitas, acquisita ex frequentibus actibus, vel ex vno multum vehementi, quo anima facilliter disponitur ad aliquid faciendum. Differt autem a dispositione, quia habitus est de difficili mobilis à suo subiecto. Dispositio vero de facili mobilis. *secund. Arist. lib. Prædicamentorum.*

Habitus est qualitas de difficili mobilis, extra cum voluerit, reddens operationem delectabilem. *arr. 2. & sic est prima species qualitatis.*

Habitus prout est prædicamentum, importat habitum ad indurum. *B. Thom. secund. quæst. 10. art. 1.*

Habitus est corporum, & eorum quæ circa corpora, *secundum Gilbertum l'orretanum lib. 6. Prædicamentorum.*

Habitus est, secundum quem ad aliquid non habet male. *secund. B. Thom. 1. part. q. 88. art. 2. & sic est prima species qualitatis.*

Habitus religionis est obferuantia regulari, & principalia vota, vt signum obligationis. *B. Thom. de q. 186. art. 7.*

¶ SENTENTIAE PHILOSOPHICAE.

Omnes habitus, quibus vera noscuntur, sunt habitus, entia, opinio: & quæ ab illis cognominata sunt, vt vere ab his percipiuntur. *lib. 1. de monstr. c. 6. T. 4.*

Omniū qui ratione cernuntur habituum, quibus quid dicere potissimum: alii sunt, in quibus per se cernuntur alii in quibus vt fallum dicitur, interdum eorum sunt rerum agendarum & faciendarum ratio & opinio autem eorum, quæ semper vera sunt, est scientia. *De monstr. lib. 2. Demonic. 18. T. 2.*

Sunt quinque, quibus animus verum erunt, vt scientia, vel ne gaudio, ars, scientia, prudentia, sapientia, opinio, quæ nihil potest, vt fallum suspitione & opinione dicitur.

Habitus fit in anima, & generatio ad naturam per se, anima fit quodammodo, quoniam non ita vniformiter dicitur vt intellectus, nec stabilis vt illa, sed permixta habet innatam: & sic, vbi Theophrastus in libro de generatione vel habitus atq; potentia, vel dicitur est interrogare, vt secundum habitum tantum an etiam secundum essentiam in anima fiat generatio. *Theophrast. de phantasia & intellectu. c. 2.*

Habitum Platonicus putant in phantasia quod nescit esse stare post mortem, & in ratione illi contentio quæ quædam & tunc quidem coacta contentio. Peripatetici autem cessare composito dissoluto. *Theol. lib. 18. c. 10.*

Habitus rationem entis magis habent, quam in Plat. Parmenide. c. 46.

Habitus vel ad operationem trahit libet conueniens. *idem in Plat. Phil. lib. 1. c. 1.*

Habitus semper pertinet ad aliquid obiectum, nisi vnus rei tantum: quo fit, vt qui ad vnam non dicitur ad alias esse non possit. *Schol. in Arist. de anima. c. 1.*

Habitus anime intelligentis quinque esse dicitur, scientia, intellectus, scientia & sapientia. *Lea. de habit. c. 1.*

Habitus, qui sunt circa discursum, alii semper sciunt fallum, vt opinio & ratiocinatio, verum scientia & intellectus. *idem in superior. lib. secund. c. 1.*

Habitus, qui ad intelligentiam pertinent, alii semper non semper, vt opinio & ratiocinatio, veri semper intellectus. *The. in 2. poster. c. 3.*

Habitus alii naturales, alii non naturales sunt. *Ethic. 7. lib. cap. 37.*

Hæreditas. Hæres.

¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG.

HÆREDITAS, Græcè *ερανος*, in hereditate dicitur. Et est successio in vniuersum.

